

16
P

BONA VERBA
Nuptiali Festivitati
Præstantissimi quæ Virtute quæ Eruditione,
Juvenis-Viri
Dn. GEORGII HELFRICH J,
Sereniss. Electori Saxoniæ à Rationum
Secretis:

Cum

*Virgine Pietatis & Pudicitia laude,
maxime conspicua*

MAGDALENA SIBYLLA,
Viri Præstantissimi atq; Spectatissimi
Dn. AUGUSTINI LICHTVVERI,
Serenissimo Electori Saxoniæ à Rationum Secretis,
dum in vivis erat, laudatissimi,
FILIA.

*DRESDÆ, 1. Decembr. 1646. solemniter celebratae
dicata.*

Impressa Charactere Bergeniano.



1018372



In diem Nuptialem.


LONGINI nox longa die. Hoc cur fœdera
jungis?

Ne nox longa puto, sit Tibi, néve dies.
Imo nec desint Tibi longò tempore noctes.

Nec desint longò tempore, Sponse, dies!

Lips. fundebat

ANDREAS CORVINUS J. U. Lic.
Orat. & Ling. Lat. Prof. Fac. Philos.
p. t. VIII. Decanus.



ORphana LICHTVVERI, casumq; minantia tecta,
HELFRICHI pietas Divite fulcit ope.
Mercem virtutis confert LICHTVVERIA Virgo,
Et formæ allucet lumina pulchra sua.
Oben succedat Sponsis ita, fabrica, junctis!
Fulcris atq; novis stet solidata domus!

MAGDA-

MAGDALIS officium faciat de nocte SIBILLA
Consulta; ing die hic HELFRICHIUS vigilet.
Nec tantum edificet; sed & esto GEORGIUS acer;
Præbebit fundum Sponta novella bonum.
Haut magnus damni metus est, dormitur in aurem,
Integra cùm domus est, cùm benè cultus ager.
Quod nequeunt homines plenum deducere in actum,
Deducat summi cura paterna DEI.

Philippus Muller Med. Lic. Profess.
Math & Senior Fac. Philosoph. in
Acad Lipsi.



Rectorum soboles, HELFRICHI, clare Parentum,
Sanguinis antiqui flamma relicta super,
Inter sinceros non ultima portio amicos,
Flos Themidos, toto corde recepte mihi,
Dum commune mihi fatum Te junxit, ab axe
Vota tuis tædis quæ fero vota meis:
O promissorum memor, Optime Maxime Jova,
Illustra vultum par super hocce tuum.
Rectorum benedicetur generatio, dixti:
Cœlo stat verbum firmius omne tuum.
Deplue largifluâ thalamum quæcunq; beatum.
Efficiunt super hæc corcula bina manu.

Drc.

*Dives es auxilio, nullum Tibi deficit hilum,
JOVA, tuum felix dicio, JOVA juva.
Luceat hicce tuâ thalamus bonitate perenni,
Exemplum capiat quilibet inde bonus.
Fallor ego? an cœlum, par nobile, sternuit omen,
Conjugium vestrum quid? Paradisus erit?*

*Ita veteri suo amico, συνάτριῳ
& contubernali Lipsiae appreocabatur*

L. Hieronymus Kromeyer
Prof. Publ.

*)*****
Ducitur in thalamum tibi selectissima Virgo,
Magdalensis, Helffrichi, cordi adamata tuo.
Si sociâ hâc præsente tuas Deus uberat ædes,
Si dat delicias, divitiisq; juvat.
Helffreichum tete mutato nomine dicent,
Dixerunt Helffrichum quotquot in ante Viri.
Nec fas est dubitare: aliquid portendere nomen
Assolet, & facilem hic auguror esse Deum.
Conjugibus namq; ille piis benedicit ab alto:
Quare nec vestro deerit Ioya jugo.

GOTFRIDUS SLUTERUS SS. Th. L.


& Dial. Prof. Publ.

Optima

Optima, quam credo, Tibi diluxisse, dierum,
Quā datur in thalamum Sponsa venusta, venit.
Hanc igitur lapide ut signes, HELFRICHE, nitenti,
Non est credo Tibi, quo monearis, opus.
Verūm, si me audis, niveo Tibi cura lapillo
Sit noctem potius, quām numerare diem.
Nox cretam poscit, per se tenebrosa; dies est
Candida* fastorum jam satis indicio.
Sic igitur scrupo venientia tempora condas
Albo, sic noctes sint quoq; candidulae.

* Primus enim Decembris Candida
sacer esse solet in Fastis.

Heinricus Boldmar.



xgrovodisix&

I.

Ad Dn. Sponsum.

Pareat assIDVè, VoVeo, parIatqVè qVotannIs,
Nestorlos annos VI Vat aMICa tVa.

II.

Ad Neogamos.

QVot VehIt hybLa faVos; CLarls qVot sIDeræ
CæLls

LVCent: tot VobIs gaVDla Vera preCor.

Lipſiae gratul.

CHRISTIANUS Horlemanum
Collega Tert. ad D. Thomæ.

Præ-